

MANILIO

IL POEMA DEGLI ASTRY

(Astronomica)

Volume I
Libri I-II

Introduzione e traduzione
di Riccardo Scarcia

Testo critico
a cura di Enrico Flores

Commento
a cura di Simonetta Feraboli e Riccardo Scarcia

FONDAZIONE LORENZO VALLA
ARNOLDO MONDADORI EDITORE

Sigla

Le sigle riproducono in gran parte quelle dell'edizione Teubneriana di G.P. Goold, 1985, con alcune modifiche e integrazioni.

Codices primarii

G	Bruxellensis 10012 (olim Gemblacensis)	saec. XI in.
L	Lipsiensis 1465	saec. XI
M	Matritensis 3678 (olim M 31)	anni 1417
M*	(usque ad I 82) consensus apographorum M, uidelicet tuv	
N	Londiniensis Bibl. Brit. Add. 22808 (I 1-727)	c. 1450
P	Parmensis Palat. 283 (tantum I 1-15)	c. 1452
V	Venetus deperditus a Gronouio collatus	saec. XI ex.
O	consensus GLM (M*) et, quoad exstant, NP	
O ^v	consensus GLMV et, quoad exstat, N	
G ¹ L ¹ M ¹	correctiones uel uariae lectiones primae manus	
G ¹ L ¹	non prima, sed antiqua manus in margine	
G ^r L ^r M ^r	manus recentiores	
N ^m	lectiones marginales primae manus	

Codices secundarii

CVSANICI

a	Bruxellensis 10699 (olim Cusanus)	saec. XII
b	Venetus Marcianus Latinus XII 69	c. 1435
c	Leidensis Vossianus (237) Latinus O 18	c. 1440
n	Sabinianensis 68	anni 1469
w	Leidensis Vossianus (390) Latinus O 3, pars prior (tantum usque ad u. II 668)	anni 1470

FERRARIENSES SIVE VENETI

e	Caesenas 25.5	anni 1450
d	Bodleianus Auct. F. 4.34	post 1454-55
f	Parisinus Latinus 8022	c. 1460
g	Vaticanus Chigianus H. IV. 133	c. 1460-70
h	Vindobonensis 3128	post 1460
i	Bostoniensis Bibl. Publ. q. Med. 20 (olim G 38 46)	anni 1460
j	Vaticanus Latinus 3099 (tantum I 1 - II 26)	post 1470

MARCIANICI ALII

w	Vindobonensis Lat. 32 Bibl. Nat. Neap. (tantum V 130-9)	c. 1450
k	Monacensis 15743	c. 1460
l	Oxonienis Coll. Corp. Christ. 66	c. 1460
m	Parisinus Nouv. Acqu. Latinus 483	anni 1460
o	Vaticanus Latinus 3160	anni 1460
p	Vaticanus Palatinus Latinus 1711	anni 1460
q	Palatinus Francisci Iunii	loc. ann.
r	Vaticanus Latinus 8172	c. 1470
s	Vaticanus Barberinianus Latinus 125	anni non ante 1480

POGGIANICI

t	Holkhamicus 331	c. 1470
u	Vaticanus Urbinas Latinus 667	c. 1470
v	Vaticanus Urbinas Latinus 668	c. 1470
x	Leidensis Vossianus (390) Latinus O 3, pars post. (tantum a u. II 669)	anni 1470

RECENTISSIMI

y	Florentinus Laurentianus plut. 30.15	anni non ante 1474
z	Matritensis 4252 (olim M 175)	anni non ante 1484
Q	Vaticanus Latinus 1653	anni non ante 1472
T	Vindobonensis Lat. 15429 (tantum cum paucis excerptis)	anni non ante 1472
Z	Vaticanus Lat. 9952 (tantum cum paucis excerptis)	anni non ante 1484

N.B. I riferimenti bibliografici dell'Apparato critico trovano riscontro nella sezione III delle Abbreviazioni bibliografiche.

Enrico Flores

LIBER PRIMUS

Carmine diuinas artes et conscia fati
 sidera diuersos hominum uariantia casus,
 caelestis rationis opus, deducere mundo
 aggredior primusque nouis Helicon mouere
 5 cantibus et uiridi nutantis uertice siluas
 hospita sacra ferens nulli memorata priorum.
 Hunc mihi tu, Caesar, patriae princepsque paterque,
 qui regis augustis parentem legibus orbem
 concessumque patri mundum deus ipse mereris,
 10 das animum uiresque facis ad tanta canenda.
 Iam propiusque fauet mundus scrutantibus ipsum
 et cupit aetherios per carmina pandere census.
 Hoc sub pace uacat tantum. Iuuat ire per ipsum
 aera et immenso spatiantem uiuere caelo
 15 signaque et aduersos stellarum noscere cursus.

Ante u. 1 titulus duarum linearum erasus in G; *Arati Philosophi Astronomicum* | *Libri Primus Incipit* L. in ras. *Prohibatio* L. in mg.; deest in M prim. fol. (scil. uu. 1-82).
 M (Marc) 1) Manili (Boeni add. v) *astronomicum libri primus* (foeliciter add. u) incipit tuu; M Manily *Astronomicum Liber I N*; M. Manili *stronomicum libri primus* u.
 incipit et est in bibliotheca Spirensi et post u. 15 sunt libri sex ultimus est completus P
 3. modo P 10. facis et uires Burton metri causa uiresque habiles Kleingünther
 16 11. propiusque fauet mundus GL: propius mundusque fauet M*NP 12.
 cupit O: rapit ed et antiq. edd. usque ad Scal. | census Scal.: sensus GLM*N cunctis
 P 13. hoc GLNP: hac M* | uacat Ged Flores¹ 53: uocat LM*NP | tantum
 GLNP: tandem M*

Quod solum nouisse parum est. Impensius ipsa
 scire iuuat magni penitus praecordia mundi,
 quaque regat generetque suis animalia signis
 cernere et in numerum Phoebus modulante referre.
 20 Bina mihi positis lucent altaria flammis,
 ad duo templa precor duplici circumdatus aestu
 carminis et rerum: certa cum lege canentem
 mundus et immenso uatem circumstrepit orbe
 uixque soluta suis immittit uerba figuris.

25 Quem primum interius licuit cognoscere terris
 munere caelestum. Quis enim condentibus illis
 clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur?
 Quis foret humano conatus pectore tantum,
 29 inuitis ut dis cuperet deus ipse uideri,
 31 sublimis aperire uias inumque sub orbem
 33 et per inane suis parentia finibus astra?
 35 Tu princeps auctorque sacri, Cyllenie, tanti;
 37 per te iam caelum interius, iam sidera nota
 39 nominaque et cursus signorum, pondera, uires,
 41 maior uti facies mundi foret, et ueneranda
 non species tantum sed et ipsa potentia rerum,
 sentirentque deum gentes qua maximus esset.
 43 Et natura dedit uires seque ipsa reclusit
 regalis animos primum dignata mouere
 proxima tangentis rerum fastigia caelo,
 qui domuere feras gentes oriente sub ipso,

18. quaque Scal.: quaque O

M^o

cit

Scal.²

uu. a se

essent

Bent.

23. que N | interius O^o: ulterius Hous. qui postea coniect. suam abe-

26. munere G²: -ra O

32. inumque Ne

37. qua Gron.¹ III 19: quam O | post 37. dicit

40. natura GL²M^oNV: naturae L

19. cerneret N

30-1. hos uu. post 33 Hous.¹ post 37. dicit

37. qua Gron.¹ III 19: quam O | post 37. dicit

38-9 qui sua disposuit per tempora. cognuit et

43. gentes O: genus N

22. rerum GLN. dicit

23. que N | interius O^o: ulterius Hous. qui postea coniect. suam abe-

26. munere G²: -ra O

32. inumque Ne

37. qua Gron.¹ III 19: quam O | post 37. dicit

40. natura GL²M^oNV: naturae L

43. gentes O: genus N

45 quas secat Euphrates, in quas et Nilus inundat,
 qua mundus redit et nigras super euolat urbes.
 Tum qui templa sacris coluerunt omne per aeuum
 delectique sacerdotes in publica uota
 officio uinxere deum; quibus ipsa potentis
 numinis accendit castam praesentia mentem,
 50 inque deum deus ipse tulit patuitque ministris.
 Hi tantum mouere decus primique per artem
 sideribus uidere uagis pendentia fata.
 Singula nam proprio signarunt tempora casu,
 longa per assiduas complexi saecula curas:
 55 nascendi quae cuique dies, quae uita fuisset,
 in quas fortunae leges quaeque hora ualeret,
 quantaque quam parui facerent discrimina motus.
 Postquam omnis caeli species, redeuntibus astris,
 percepta, in proprias sedes, et reddita certis
 60 fatorum ordinibus sua cuique potentia formae,
 per uarios usus artem experientia fecit
 exemplo monstrante uiam, speculataque longe
 deprendit tacitis dominantia legibus astra
 et totum aeterna mundum ratione moueri
 65 fatorumque uices certis discernere signis.

Nam rudis ante illos nullo discrimine uita
 in speciem conuersa operum ratione carebat

44 u deleuer Bent. Hous. Gould, defender. Hübner¹ 136 Liuzai² 133 sqq. | uoluit
 GLN. seruit M^o | inundat O; abundat ex. gr. Hous. recep. Gould
 bed tunc O
 48. uinxere OLNV; iunxere M^o 59. percepta M^oNh^o. puer
 GLVb 64. aeterna Scal. edd. alterna O Bent. | mundum Grub: -di LNva

et stupefacta nouo pendeat lumine mundi,
 tum uelut amissis maerens, tum laeta renatis
 sideribus, uariosque dies incertaque noctis
 70 tempora dissimilisque umbras, iam sole regresso
 iam propiore, suis poterant nec cernere causis.
 Necdum etiam doctas sollertia fecerat artes,
 terraque sub rudibus cessabat uasta colonis;
 75 tumque in desertis habitabat montibus aurum,
 immotusque nouos pontus subduxerat orbes,
 nec uitam pelago nec uentis credere uota
 audebant; se quisque satis nouisse putabant.
 Sed cum longa dies acuit mortalia corda
 80 et labor ingenium miseris dedit et sua quemque
 aduigilare sibi iussit fortuna premendo,
 seducta in uarias certarunt pectora curas
 et, quodcumque sagax temptando repperit usus,
 in commune bonum commentum laeta dederunt.
 85 Tunc et lingua suas accepit barbara leges,
 et fera diuersis exercita frugibus arua,
 et uagus in caecum penetrauit nauita pontum,
 fecit et ignotis iter in commercia terris.
 Tum belli pacisque artes commenta uetustas;
 90 semper enim ex aliis alias proseminat usus.

69 lacun. potuer post u. 68 Garrod XXI, post 69 Galin 63 et Gould, post sideribus
 in u. 72 Wag¹ 194 sq. 71 dissimilisque Flores: nec similis O | iam O: nec
 Scal. 71 propiore GL, propiore M* tempore N | poterant O: poterat Scal.² |
 nec cernere Mantico 18 (hand c dubitant, iam Wag.; mix c. tempt. Pierleoni 177):
 discernere O contrario errore dñi pro nec uers. 71, ubi nec pro dis- falso scriptum
 est, fort. orto etiam propter dittographiam ex disc. u. 65; poterant nec comprob.
 Loxr V 1184; pot. omissio impar disc. correxit Bent., disc. nescia Hous. 75. in-
 nitabat Burman I 116 et antea iam Parrhasius 76. ignotusque M* 83. in-
 cipit M | quodcumque O: quot- Hous. fort. recte 84. commentum GLM²: -ta
 M Hous. -tam N. tu Reg. -o Vltius 171 | laeta O: elata metri causa corr. Hous. cum
 recepisset commenta, fort. rectius si errore laeta orto etiam per dittographiam ex
 laeta u. 69 postea archetypum codd. GL metri causa corr. in commentum 88.
 iter in Gron.³ et antea iam Acidalius: itiner GLN²Vb²ed iter Nb inter M linter
 Hous. insano 90. alias b: -ia O^r

45. fata refert, uitamue sua radice ferentis.

Quin etiam tenebris immersum Tartaron atra
in lucem de nocte uocant orbemque reuoluunt
interius uersum naturae foedere rupto.

Omne genus rerum doctae cecinere sorores,

50. omnis ad accessus Heliconis semita trita est,
et iam confusi manant de fontibus amnes
nec capiunt haustum turbamque ad nota ruentem.

Integra quaeramus rorantis prata per herbas
undamque occultis meditantem murmur in antris,

55. quam neque durato gustarint ore uolucres,
ipse nec aethereo Phoebus libauerit igni.

Nostra loquar, nulli uatum debebimus ora,
nec furtum sed opus ueniet, soloque uolamus
in caelum curru, propria rate pellimus undas.

60. Namque canam tacita naturae mente potentem
infusumque deum caelo terrisque fretoque
ingentem aequali moderantem foedere molem,
totumque alterno consensu uiuere mundum
et rationis agi motu, cum spiritus unus

per cunctas habitet partes atque inriget orbem
omnia peruolitans corpusque animale figuret.

Quod nisi cognatis membris contexta maneret
machina et imposito pareret tota magistro
ac tantum mundi regeret prudentia censum,

45. *uitamue* Bent.: *-que* O | *sua* bed: *suam* O^v 46. *immersum* Scal. et antea
Anon. Maran.: *immensum* O | *Tartaron* Scal. et antea Anon. Maran. *atra* G, Vos-
sius: *tartaran atram* V *tartara natram* G t. *natum* L t. *nacta* M 49. *omne* GM:
ME L | *cecinerere* M 50. *heliconis* b omnes edd.: *-es* O *-os* Hous. Goold ma-
le 52. *nota* GL: *uota* M *sacra* b et omnes edd. usque ad Scal. 54. *cau-*
samque V | *murmura nautri* M 55. *gustarint* GL²: *-unt* LM 56. *libauerit*
b: *libr.* GL² *liber.* LM 57. *ora* O^v («ea quae loquimur» Wag.² 109) plerique
edd.: *orsa* Dulcinius et uett. edd. usque ad Scal.; Bent. Hous. Goold 58. *uo-*
lari M (errore orto ex *uolam* sine litterarum *us* nota) 59. *nudas* M 68.
Magistro L 69. *censum* Scal.: *sensum* O

70 non esset statio terris, non ambitus astris,
 erraretque uagus mundus standoue rigeret,
 nec sua dispositos seruarent sidera cursus
 noxque alterna diem fugeret rursumque fugaret,
 non imbres alerent terras, non aethera uenti
 75 nec pontus grauidas nubes nec flumina pontum
 nec pelagus fontes, nec staret summa per omnis
 par semper partes aequo digesta parente,
 ut neque deficerent undae nec sideret orbis
 nec caelum iusto maiusue minusue uolaret.
 80 Motus alit, non mutat opus. Sic omnia toto
 dispensata manent mundo dominumque sequuntur.
 Hic igitur deus et ratio, quae cuncta gubernat,
 ducit ab aetheriis terrena animalia signis,
 quae, quamquam longo, cogit, summota recessu,
 85 sentiri tamen, ut uitas ac fata ministrent
 gentibus ac proprios per singula corpora mores.
 Nec nimis est quaerenda fides: sic temperat arua
 caelum, sic uarias fruges redditque rapitque,
 sic pontum mouet ac terris immittit et aufert,
 90 atque haec seditio pelagus nunc sidere lunae
 mota tenet, nunc diuerso stimulata recessu,

70. *ambitis* M 71. *erraretque...* -ue Oudendorp Postgate 7 Hous. Goold: *heret-
 retque* (haer. L)... -que O cett. edd. (quod iam Bentleio suspectum, ita ut ille totum
 u. 71 damnaret, nullo modo defendi potest: «mundus uolubilis uersatilisque, non
 uagus» recte Hous.) | *regeret* M 74. *aetherea* M 77. *par* Molinius: *pars*
 O^v | *partis* L (postea in -os corr. L²) 78. *sideret* Bent.: *sidera et* V *sidera* O | *or-
 bis* O^v: *nobis* G²L²ab et uett. edd. usque ad Scal. 79. *minusue* b: -que
 O 83. *etheriis* Bonincontrius et omnes edd.: *aeternis* O^v 84. *summota*
 GL (i.e. signa): *summara* M 85. *uitas* GV: -ta LM *uitamque* ed et uett. edd.
 usque ad Scal. 86. *mentibus* V 87. *nimis* Bent. et antea iam Anon.
 Maran. (*non nimis*): *minus* GL *munus* M | *temptat* M 89. *ac terris* GL: *a ter-
 ra* M 90. *sidere* dubitant. Scal.² in nt.: -ra O | *pelagi...* *sidera* bed et omnes
 edd. usque ad Scal. 91. *tenet* V Reg.: -ent GLM | *diuerso* ab: *diuiso* O^v | *re-
 cessum* M

nunc anni spatio Phoebum comitata uolantem;
 sic summersa fretis, concharum et carcere clausa,
 ad lunae motum uariant animalia corpus
 92 et tua damna, tuas imitantur, Delia, uires;
 tu quoque fraternis sic reddis curribus ora
 atque iterum ex isdem repetis, quantumque reliquit
 aut dedit ille, refers et sidus sidere constas;
 denique sic pecudes et muta animalia terris,
 103 cum maneant ignara sui legisque per aeuum,
 natura tamen ad mundum reuocante parentem
 attollunt animos caelumque et sidera seruant
 corporaque ad lunae nascentis cornua lustrant
 uenturasque uident hiemes, reditura serena.
 105 Quis dubitet post haec hominem coniungere caelo,
 cui uires natura dedit linguamque capaxque
 ingenium uolucrumque animum, quem denique in unum
 descendit deus atque habitat seque ipse requirit?
 Mitte alias artes, quarum est permissa facultas,
 110 infusas adeo, nec nostri munera census.

92. *spatio... uolantem* GL: *spacium... uoluntatem* M | *commitata* L 93. *sic* M: *si*
 GL, *haud inepte* prob. Bent qui in uu. 87-99 sexies «reponendum si pro sic»
 putauit 94. *uarian* M 95. *tua* Bent.: *tum* M *cum* GLV | *dampna*
 L 96. *reddis* GL: *recdes* M | *curribus* GL²M (*co* linea transfixum, ut expunga-
 tur, ante *curr.* in M): *cruribus* L *cursibus* V *cornibus* b (ut iam in cod. Murbacensi, si
 simul lectiones *curr.* et *corn.* aderant) et omnes edd. usque ad Scal. | *ora* O: *orta* ed et
 Reg. Bonon. Neap. Quat. 97. *isdem* a: *hisdem* O | *repperis* M | *reliquit* b²d:
 -*iquis* V -*inquis* GLM 98. *refers* ed: -*ert* O | *constas* Ged: -*ans* LM 104.
hiemes GL²: *hiems* M *hiemps* L 105. post hunc u. lacunam statuit Jacob, inuti-
 lit. probauer. Hous. et Goold 106. *cui deesse* senserat Scal. in nt., in lacun.
 receper. Hous. et Goold, *cui uires* Flores¹³ 127, coll. I 40 et V 743: *eximium* GL
 Breiter et Wag. inepte -*mum* M -*miam* b² (uel b') ed et omnes edd. usque ad Scal.³
cui xenium Bent. incredibilit. *consilium* Garrod (contra uid. Flores¹³ 126) | *cui d. exi-*
miam linguam n. Francius et Pingré 107. *uolucrum* (omisso *que*) M 108.
habitet M | *ipsumque* (pro *s.i.* O) ab Scal. et Jacob | *requirit* GL²: -*et* LMV 109.
mitte L²M: -*et* L in ras. -*to* G | *facultas* O: *uoluntas* ab et omnes edd. usque ad
 Scal. 110. *infusas* optime Liuzzi⁴ 18 et Liuzzi³, coll. u. 61, sed antea iam Anon.
 Maran. (*infusasque deo*): *infidas* V (litteris *us* cum *id* confusis) et multi edd. a Reg.
 usque ad Wag. *infidos* G in f- L *insidos* M *inuidiosa* Hous. Goold longius a codd.

[Mitto quod aequali nihil est sub lege tributum,
 quo patet auctoris summam, non corporis, esse;
 mitto quod certum est et ineuitabile fatum
 materiaeque datum est cogi sed cogere mundo]
 11. Quis caelum posset nisi caeli munere nosse,
 et reperire deum, nisi qui pars ipse deorum est?
 Quisue hanc conuexi molem sine fine patentis
 signorumque choros ac mundi flammea tecta,
 aeternum et stellis aduersus sidera bellum
 20 ac terras caeloque fretum subiectaue utrisque
 cernere et angusto sub pectore claudere posset,
 ni sanctos animis oculos natura dedisset
 cognatamque sibi mentem uertisset ad ipsam
 et tantum dictasset opus, caeloque ueniret
 25 quod uocat in caelum sacra ad commercia rerum
 et priuas quas dant leges nascentibus astra?

111-3 hos uu. del. Jacob, 112 iam Bent., 114 una cum 111-3 del. Hous. probante
 Goold, recte quidem, cum uu. 111-4 a Maniliana lingua alieni sint et a quodam se-
 riore interpolatore philosophorum conformati placitis (cf. Flores¹⁴ 16), fort. ad u.
 110 explicandum, quamobrem eos Breiter et Wag., excepto u. 112, Garrod, Liuzzi³
 (uu. 113-4 ante u. 82 positis) frustra defender. 111. mitte wr 112. quo
 Scal: quod O | auctoris V: -es GLM | summam M Scal.²: -a GLV | auctores humani
 corp. b et uett. edd. usque ad Scal. auctores summi non pectoris Garrod u. 112 fru-
 stra defendens 114. -que del. L² (propter metrum) | datum M: fatum LV (con-
 tra metrum) sat G (propter metrum corr.) 115. posset G: -it LM | munere nosse
 Gevartius¹, Gataker et Gron.⁴ I 11: munera nosset GL munera noscet M (quod
 Neap et Bonincontrius acceper. - codd. recc. secuti - defenditque Feraboli¹ 166,
 sed id Manilius non patitur; error fort. est ortus, una cum uu. 111-4 interpolatis, a
 glossa ad u. 110 male intellectum) 116. pars ipse Scal.: pars ipsa GL ipsa pars
 omissio qui M 117. quisue Bent.: atque O (perfacili litterarum confusione et
 metathesi) plerique edd. | connexi M codd. recc. et uett. edd. | sine L²M: nisi GLV
 | patentis Scal.² in nt. et antea iam Anon. Maran. et Acidalius: par- O 120. u.
 quem deleuer. Scal. in nt. et omnes seqq. edd. recte defender. Dawson 162 et Liuz-
 zi³ 136 121. posset G: -it LM 122. sanctos Hous. coll. IV 927 sq. in Add.
 II 123, prob. Goold: tantos O | animis G (fort. corr. propter metrum): animi LM
 (quod fort. ortum est post s. in t. mutatum) | tacitos animis stimulos Bent. longius a
 codd. 123 sibi edi Reg.: sui O^v plerique edd. | uertisset GL²M: -issem L | ip-
 sium ed et uett. edd. ante Scal. 126. hunc u. male deletum a Bent., pessime
 post u. 270 collocatum ab Hous. et Goold, suo loco recte seruauer. cett. edd. |
 priuas Scal. dubitant. in nt.: primas GL -ma M

Quis neget esse nefas inuitum prendere mundum
 et uelut in semet captum deducere in orbem?
 Sed, ne circuitu longo manifesta probentur,
 30 ipsa fides operi faciet pondusque fidemque;
 nam neque decipitur ratio nec decipit umquam.
 Rite secunda uia est ac ueris credita causis,
 euentusque datur qualis praedicitur ante.
 Quod Fortuna ratum faciat, quis dicere falsum
 35 audeat et tantae suffragia uincere sortis?

Haec ego diuino cupiam cum ad sidera flatu
 ferre, nec in turba nec turbae carmina condam
 sed solus, uacuo ueluti uectatus in orbe
 liber agam currus non occursantibus ullis
 40 nec per iter socios commune gerentibus actus,
 sed caelo noscenda canam, mirantibus astris
 et gaudente sui mundo per carmina uatis,
 uel quibus illa sacros non inuidere meatus
 notitiamque sui, minima est quae turba per orbem.

127. *miitum* M (pro *inuitum*) 128. *captam... urbem* ed Reg. 130. *operi*
 GL²M: *-eriri* L | *pontnsque* M 132. *arte* pro *rite* inutilit. Bent. | *secunda* O Be-
 chert Hous. (qui una cum Pingré *sequenda* recte interpretatus est): *secanda* bed et
 uett. edd. usque ad Scal. nec non Bent. et Jacob *sequenda* Fayus plerique edd. inu-
 tilit. 133. *arte* pro *ante* Anon. Maran. 134. *ratum faciat* G² (-et G) L: *fa-*
ciat ratum M 135. *fortis* M 136. *flatum* M 137. *turba* Schrader
 apud Jacob¹ 1834, 7: *-am* O *terram* Bent. inutilit. | *carmine* L (-na L²) | *condam* G:
quondam LM 138. om. V | *uectatus* GL²: *-ur* L *nectatus* M | de u. 138 sqq. cf.
 Flores¹¹ 106 sq. | uu. 138-40 pessime del. Bent. 139. *liber* Bent. (*uerbere*) *agam*
 Scal.: *ubera tam (currus)* LMV (erroribus ortis ex litteris in insulari scriptura confu-
 sis uelut *t* pro *g*) *umbrato (curru)* GL² *uerbera tam (currus)* bed et uett. edd. *-ero iam*
(currus) Reg. ex *-era tam -rus* corr. in *aethera transcurram* haud inepte Anon. Ma-
 ran. 140. *per iter* GLV: *partim* M *pariter* ed et uett. edd. | *gerentibus* O: *reg-*
Iunius 44 inutilit., probauer. Hous. Goold 141. *nascenda* M | *mirantibus* GL²:
tyrantibus mutatum in *gyrantibus* L *gir-* V *rexantibus* uel *irxantibus* M 143. *uel*
 GL: *ut* M | *meatis* M 144. *est* om. M ante u. 145 uersum excidisse inuti-
 lit. suspicatus est Hous.; uu. 145-8 male del. Bent.

145 Illa fluit, quae diuitias, quae diligit arua,
 imperia et fasces mollemque per otia luxum
 et blandis diuersa sonis dulcemque per aures
 affectum, ut modico noscenda ad fata labore.
 Hoc quoque fatorum est, legem perdiscere fati.

150 Ac primum astrorum uaria est natura notanda
 carminibus per utrumque genus. Nam mascula sex sunt,
 diuersi totidem generis sub principe Tauro:
 cernis ut auersus redeundo surgat in arcum.
 Alternant genus et uicibus uariantur in orbem.

155 Humanas etiam species in parte uidebis,
 nec mores distant: pecudum pars atque ferarum
 ingenium facient. Quaedam signanda sagaci
 singula sunt animo, propria quae sorte feruntur:
 nunc binis insiste; dabunt geminata potentis
 160 per socium effectus. Multum comes addit et aufert,
 ambiguisque ualent, quis sunt collegia, fatis

145. *fluit* O^v (cf. Verg. *Aen.* XII 444 *turba fluit*) recte defend. Liuzzi³ 139 sq. (cf. etiam Verg. *Aen.* VI 611 *quae maximo turba est ad Man. u. 144*): *fugit* Scal. haud intellectis Manilii uu. *frequens* Pingré nulla necessitate, prob. Goold | *arua* Flores (quod corrumpi potuit in *aurū* ita ut saepius in Manilii codd. *arua* in *aura* corruptum est), cf. Cic. *Nat. deor.* I 44, 122 *arua... diliguntur isto modo, quod fructus ex eis capiuntur: aurum* O (pessime post *diuitias*: «quasi non idem sit utriusque sensus» Bent.) *aulam* Garrod in nt. dubitant. 147. *diuersa* Scal.² Garrod Goold: *aduersa* O | *blandos ad uerba sonos* Scal. | *aures* G² (*auras* G) 148. *labore* L² (-*res* L) 150. ante hunc u. capit. *Quae signa masculina* (-*asclina* L³) *sint quae feminina* (-*mina* L³; -*minin* M) *et quae humana* G in mg. L³ in mg. M; duae lineae uacuae in L | *ac* Scal., quod sibi tribuit Jacob: *et* GM t L (*e* add. Lmg) *at* b et uett. edd. 152. *thauro* L, postea *h* expuncto 153. *certus in* (pro *cernis ut*) M | *auersus* Scal., cf. I 264 *auersum surgere Taurum* et IV 521; V 140: *aduersus* O (errore communi: cf. I 264) | *redeundo* sp. relict. om. G sed *redeundo* G² in mg. | *arcum* O (i.e. in formam arcuatam potius quam in quadrantis arcum: cf. Scal. in nt. 'conglobatus', allato Arati u. 167 *πεπληγῶτα Ταῦρον*) recte defender. Wag.² 117, Hübner² 24 et Liuzzi³ 141 sq.: (*auersos*) *artus* male corr. Bent. quem secuti sunt Hous. Goold 154. *alternantque* L, postea *que* eraso 156. *mores* G; -*is* LM 157. *quaedam* Bent. Hous. Garrod Goold: *quae* (*que* M) *iam* O *etiam* Scal. 158. *sorte* L² *bed* et Anon. Maran.: *f*-GLM 159. ante hunc u. capit. *Quae signa duplicia* (*dupla* G) *sint et quae* (omis. GL³) *biformia* (-*ma* G) GL³ in mg. M; una lin. uac. in L 160. *addit* GL²; -*et* LM 161. *ambiguisque* M: -*usque* L -*uis* G | *qui* M